


# ALEXANDRI APHRODISEI ANNOTA- TIONES IN SOPHISTICIS ELENCHOS/

Guilermo Dorotheo Veneto interprete.



**V**M docerit Aristoteles syllogismos demonstratiuum & dialecticuz tam de venit ad docendum nos de sophisticis elenchis, id est apparentibus argumentis, quos docet nos non ea de causa ut ipse videtur, seu syllogismos demonstratiuos & dialecticos videtur. Nam hi syllogismi sunt scientie instrumenta atque

opera, sed sophisticata atque elenchi sophisticis non sunt instrumenta operaque scientie, quinimo confusiones perturbatiueque ac impedimenta scientie sunt, ut ipse et alias noiauit eos sophisticas perturbaciones, sed vel hoc propositum facit docedo nos, quod non habent modi, quibus sophisticate videntes nituntur periclitanturque plures fallere, perferunt eos qui sunt syllogisticę disciplinę imperiti. Proinde docet nos istos immine ut vitamur eis, sed ne decipiamur ab his qui eis vitantur. Nam ubi scierimus modos quibus sophisticate propria sophisticata proponunt, nullo pacto ab ipsis decipiemur, imo redarguemus eos soluentes proposita adductaque in medium sophisticata ab ipsis. Porro cum callentius notiam compositionis eorum, et modum scierimus, ut etiam ipse alias asserit, cum dicat qui scit modum nodi ac vinculi ille soluet quod vinculum est, et qui scit modum compositionis sophisticatis ille soluet etiam adductum sophisticata. Quod sermo de demonstratione sit vniuersę logicę tractationis finis, iam pręuenientes diximus in eo libro quo Aristoteles de syllogismo simpliciter differuit atque in eo in quo assignabat methodum demonstrandi, quoniam igitur a nobis sufficienter inquisita sunt de illa methodo consequens erit dicere aliquod etiam de sophisticis elenchis. Et primo que sit intentio presentis tractationis, et cur postremum habuit ordinem, et cuius gratia deinde inscribuntur sophisticis elenchis. Nam ut plerisque in locis diximus ubi non per se evidens est inscriptio operis conscripti eas aperire explicareque oportet. Intentio igitur est presentis tractationis finem nonnullos ut nobis tradat viam qua sophisticate constituuntur elenchos et imperitos syllogisticę disciplinę ac vitę decipiunt. Est autem hec contenta tredecim modis qui sunt assignandi ab ipso Aristotele, et sunt veluti, quedam generales coniecture sophisticatum. Hi ergo qui hanc esse intentionem presentis tractationis ponunt ob id inscribi sophisticos elenchos asserunt perinde ac presentis tractatio differat de hoc quomodo sophisticate argumentis decipiunt, atque de constitutione ipsorum sophisticatum, scilicet fallaciarum, et non de hoc quomodo sophisticis contradicemus. Alii vero non hanc esse intentionem libri introduxerunt, sed magis tradunt Aristotelem habere intentionem dicendi de hoc quomodo pacto ipsi didicerimus confutare et contradicere periclitantibus nos fallacis decipere. Nam ob id aiunt librum, nec esse inscriptum de sophisticis deceptorijsue

syllogismis, sed sophisticis elenchis. Deinde ac vniuersaliter sit assignata via qua possumus sophisticos redarguere. Nam posteaque demonstrauit tertiam speciem syllogismorum categoricorum esse, et de duabus videlicet dialectico syllogismo et demonstratiuo sufficienter in sua tractatione differuit, in presenti libro nobis velut inuatiuum phararmacum prebens quo sophisticas perturbaciones euitemus de sophisticis syllogismo differit magis assignando elenchosque sophisticas rationes quibus magis animo addictus est tanquam maxime circa verum versentur quo imbecilles temerę euadunt mendaces rationes, et deceptio deprehenditur eorum, que videntur probabilia. Ut enim medici non solum que conferunt ad sanitatem docent, sed etiam indagant explorantque venenosa pharmaca que sunt, ne his vitantur, sed velut nocua noxię ac letalia fugiant, eodem modo oportet omnino eos qui sunt veris exercitati atque accipiunt experientiam probabilium scire qualia sunt apparentia probabilia. Nam intentio Aristotelis non erat principalis de sophisticis elenchis differere, id nec per se, sed ob alterum de dicta specie docet, de redarguendo sophisticas. Nam ludentium et non studentium est talis species syllogismi, sed ludicra res, quę sit res ad modum affectata apud sapientes et scientes, vixit Euthydemus etiam Plato differit, ubi Socrates cur Critone disputans ostendit sophisticam artem admirabilem esse, et ibidem nominat sophisticas panfophos, id est omnia scientes, quocirca et ipse cupiebat eandem methodum discere. Deinde adhortatur Euthydemum vna disputare cum Clinia. Atiocis filio qui statim orsus, et equivoce interrogans deduxit iuuenem ad contradictionem, sic dicendo. O Clinia vixit homo qui discunt. At adolescentulus cum interrogatio magna esset, primum quidem erubuit, deinde ad Socratem oculos conuertit, qui illum audacem reddidit iustitę respondere quicquid vellet, et Clinias respondit quę sapientes sunt qui discunt. At Euthydemus dixit, num O Clinia nostri quosdam magistros. At ille assensus est. Et ille rursus interrogauit, quorum sunt preceptores. Et ille dixit discipulorum. At ille denuo dixit, nonne fuerant sapientes, que docenda sunt nescierunt. At ille haud certe, et ille, igitur discunt ignorantes, qua facta ratione rursus contrarium vna ratiocinatus est, quod discunt scientes. Vnde talis dialogus talibus rationibus plenus est. Et alter liber inscriptus Protagoras. Sed denuo redeamus ad pospositum. Intentio Aristotelis est, ut diximus, que prima assignata est que est de hoc, quomodo sophisticate constituuntur elenchos apparentes, et quomodo videbantur per hos decipere argumentis imperitos artis ipsorum, et que sint generales coniecture sophisticatum, et quot in sophisticis coniecturant certantes atque predecetes, atque quot spes sophisticati, et quot modis vnaqueque species pharaciam decipiendi conuincendi fallacis ingerit. Deinde etiam quomodo solones conuenientes ipsis asserat, non soluere pylepore incertoque vinculo ignorantis non est. Quod cum copertum fuerit nobis poterimus etiam redarguere. Nam simpliciter

Vide fere principio libri Euthidemi vel litiis giofio in scrio pti.